

cho de la Sagrada Escritura, y son utilísimos para los predicadores, porque allí están compilados numerosos pasajes de los Libros Santos, sábiamente coordinados, sobre la doctrina de la fé y de la moral cristiana.—*Testimoniorum*, lib. III, fol. 627.—*Epist. ad Fortunatum, De exhort. mart.*, fol. 607.

San Jerónimo recomienda el estudio de la Sagrada Escritura con todo el interés que exige la materia, en su *Epist. XXXIV á Nepociano*, tom. IV, part. II, fol. 257.

**Juicio crítico que hace San Jerónimo de una composición de San Paulino.—Recomendación del estudio de la Sagrada Escritura.**

Librum tuum, quem pro Theodosio principe prudenter ornateque compositum transmisisti, libenter legi; et præcipue mihi in eo subdivisio placuit. Quumque in primis partibus vincas alios, in penultimis te ipsum superas. Sed et ipsum genus eloquii pressum est et nitidum: et quum Tulliana luceat puritate, crebrius est in sententiis. Jacet enim (ut ait quidam) oratio, in qua tantum verba laudantur. Præterea magna est rerum consequentia, et alterum pendet ex altero. Quidquid assumpseris, vel finis superiorum, vel initium sequentium est. Felix Theodosius, qui à tali Christi oratore defenditur. Illustrasti purpuras ejus, et utilitatem legum futuris sæculis consecrasti. Macte virtute, qui talia habes rudimenta, qualis exercitatus miles eris? O si mihi liceret istiusmodi ingenium non per Aonios montes et Heliconis vertices, ut Poëte canunt, sed per Sion et Itabyrium, et Sina et excelsa ducere! Si contingeret docere quæ didici, et quasi per manus mysteria tradere Prophetarum, nasceretur nobis aliquid quod docta Græcia non haberet. Audi ergo mi conserve, amice, germane, ausculte paulisper quo in Scripturis Sanctis calle gradiaris. Totum quod legimus in divinis Libris, nitet quidem, et fulget etiam in cortice, sed dulcius in medulla est. Qui edere vult nucleum, frangat nucem. *Revela*, inquit David, *oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua*. Si tantus Propheta tenebras ignorantiae confitetur, quæ nos putas parvulos, et pene lactentes inscitiae nocte circumdari? Hoc autem velamen, non solum in facie Moysi, sed et in Evangelistis et in Apostolis positum est. Turbis Salvator in parabolis loquebatur, et contestans mysticum esse

quod dicebatur, aiebat: *Qui habet aures audiendi, audiat*. Nisi aperta fuerint universa quæ scripta sunt ab eo, qui habet clavem David, qui aperit, et nemo claudit, claudit et nemo aperit, nullo alio reserante pandentur. Si haberes hoc fundamentum, imo si quasi extrema manus operi tuo induceretur, nihil pulchrius, nihil doctius, nihil dulcius, nihilque latinius tuis haberemus voluminibus... Magnum habes ingenium, et infinitam sermonis suscepibilem: et facile loqueris et pure, facilitasque ipsa et puritas mixta prudentiæ est. Capite quippe sano, omnes sensus vigent. Huic prudentiæ, et eloquentiæ si accederet vel studium, vel intelligentia Scripturarum, viderem te brevi arcem tenere nostrorum: et ascendentem cum Joab tectum Sion, canere in domatibus quod in cubilibus cognovisses. Accingere, quæso, te accingere. Nihil sine magno labore vita dedit mortalibus. Nobis em te Ecclesia habeat, ut prius senatus habuit. Præpara tibi divitias, quas quotidie eroges: et numquam deficient, dum viget ætas: dum adhuc canis spargitur caput; antequam subeant morbi, tristisque senectus. Et labor, et duræ rapiat inclementia mortis. Nihil in te mediocre contentus sum: totum summum, totum perfectum desidero (S. Hieronym., *Epist. XLIX ad Paulinum*, tom. IV, part. sec., fol. 566.)

Otra carta escribió San Jerónimo al mismo Paulino recomendándole el estudio de la Sagrada Escritura, donde hace una ligera reseña de cada uno de los sagrados libros. (*Epist. L ad Paulinum*, tom. IV, part. II, fol. 568.)

Merced á estos consejos, San Paulino hizo grandes progresos en el conocimiento de la Sagrada Escritura; tres años despues, le decia San Jerónimo: «Docto viro loquor, et tam divinis Scripturis, quam sæculi litteris erudito.» (*Epist. LI, fol. 575.*)

## LECCION VII.

Santos Padres.

Quod si non poteris assiduitate lectionis invenire quod dicitur, accede ad sapientiozem, vade ad doctorem. (S. Joann. Chrysost.: de Lázaro, Conc. III, tom. I, folio 737.)

De Scripturis Sanctis habeto fixum versuum numerum; istud pensum Domino tuo redde. Nec ante quieti

membra concedas, quam calathum pectoris tui, hoc subtegmine impleveris. Post Scripturas Sanctas, doctorum hominum tractatus lege, eorum dumtaxat, quorum fides nota est. Non necesse habes aurum in luto quaerere; multis margaritis unam redime margaritam. (S. Hieronym., Epist. XLVII ad Furiam, tom. iv, part. sec., fol. 558.)

Verumtamen haud abs re fuerit veterem insuper traditionem, doctrinamque ac fidem catholicae Ecclesiae investigare, quam scilicet Dominus tradidit. Apostoli praedicavere, et Patres servavere. (S. Athanas., Epist. I ad Serapionem, n. 28, tom. I, part. II, fol. 676.)

**Los Santos Padres estudiaban con solícitud los escritos de sus contemporáneos y predecesores.**

Et vero Sanctae et divinae Scripturae ipsae per se satis sunt ad veritatem indicandam. Exstant quoque plurimi ea de re à beatis nostris magistris conscripti libri, quos si quis legerit Scripturarum interpretationem quodam modo intelliget, et eam quam expetit cognitionem consequi poterit. (S. Athanas., Orat. contr. Gent., n. 1, tom. I, part. I, fol. 1.)

No es posible indicar siquiera los pasajes de las obras ó sermones en que los Padres de la Iglesia citaban la doctrina de otros Santos Doctores: nos limitamos á mencionar á San Agustín, quien frecuentemente hace mención de San Ireneo, San Cipriano, San Basilio, San Gregorio Nazianceno, San Juan Crisóstomo, San Hilario, San Jerónimo, San Próspero y San Ambrosio, á cuya santidad, sabiduría y elocuencia rendía homenaje. Véanse en comprobación de lo dicho los tratados siguientes: *De peccatorum meritis et remissione*, tom. x, fol. 109, con especialidad los capítulos v, vi y vii del lib. III, fol. 190.

—Los libros I y II, contr. Julian., tom. x, fol. 641.—*De natura et gratia*, tom. x, fol. 247.—Contr. duas Epist. Pelagian., tom. x, fol. 549.—Contr. Julian., opus imperfectum, tom. x, fol. 1049.—*De predestinatione Sanctorum*, tom. x, fol. 959.

En su sermón CCXCIV, no sólo cita y comenta á San Cipriano, sino que al efecto leyó pasajes suyos en el púlpito: «Rogo vos, ut paululum acquiescatis. Lego tantum. Sanctus Cyprianus est, quem in manus sumpsi, antiquus Episcopus sedis hujus...» etc. (Tom. v, fol. 1347.)

La simple lectura de las obras de nuestro grande San

Isidoro de Sevilla mostrará, á quien haya manejado algo los Santos Padres, lo mucho que aquel Santo Doctor los había estudiado.

**Elogio que de los Santos Padres han hecho los mismos Santos Doctores.**

Hé aquí indicados algunos: nos limitamos á los nombres que hemos consignado en la pág. 27.

**De Clemente de Alejandría.**

Feruntur ejus insignia volumina, plenaque eruditionis et eloquentiae, tam de Scripturis divinis, quam de saecularis litteraturae instrumento, etc. (S. Hieron.: *Catal. scrip. ecclesiast.*, tom. iv, part. II, fol. 113.)—Clemens autem eruditus vir.—Clemens... vir in primis doctus, et eruditus. (S. Cyrillus Alexand., contra Julian., lib. vi, fol. 205 y lib. vii, fol. 231.—Paris, 1638.)

**De Tertuliano.**

Tertullianus fuit omni genere litterarum peritus: sed in eloquendo parum facilis, et minus comptus et multum obscurus fuit. (Lactantius: *Divin. institut.*, lib. v, cap. i, fol. 361.)—Tertullianus creber est in sententiis sed difficilis in loquendo. (S. Hieron., Epist. XLIX ad Paulin., tom. iv, part. II, fol. 567.)—Tertullianus... acris et vehementis ingenii. (*Cat. scrip. ecclesiast.*, fol. 115.)—Quid Tertulliano eruditius? Quid acutius? Apologeticus ejus, et contra gentes libri, cunctam saeculi obtinent disciplinam. (S. Hieron., Epist. LXXXIII, ad Magn., tom. iv, fol. 656.)—Cujus (Tertulliani) multa leguntur opuscula eloquentissime scripta, etc. (S. Aug.: *De haeresibus*, LXXXVI, tom. viii, fol. 46.)

Aquí, como en otras ocasiones, San Agustín juzga la elocuencia de Tertuliano más favorablemente que Lactancio y San Jerónimo, quienes no dejan de elogiarle, aunque con más reserva y notando sus defectos.

**De San Cipriano.**

Le elogia San Agustín en diversos pasajes del lib. iv, *De Doct. christ.* San Jerónimo, en su *Catálogo de escritores*

*eclesiásticos*, fol. 119, en su carta LVII, á Leta, fol. 596, y en su epístola XLIX, fol. 567, donde dice: «Beatus Cyprianus instar fontis purissimi, dulcis incedit et placidus.»—Unus igitur præcipuus, et clarus extitit Cyprianus, quoniam et magnam sibi gloriam ex artis oratoria professione quæsierat, et admodum multa conscripsit in suo genere miranda. Erat enim ingenio facili, copioso suavi, et (quæ sermonis maxima est virtus) aperto, ut discernere nequeas, utrumne ornatior in eloquendo, an felicior in explicando, an potentior in persuadendo fuerit. (Lactantius: *Divin. institut.*, lib. v, cap. 1, tom. 1, fol. 361.)

#### De Lactancio.

Lactantius quasi quidam fluvius eloquentiæ Tullianæ, utinam tam nostra affirmare potuisset, quam facile aliena destruxit. (S. Hieron., *Epist. XLIX*, tom. iv, fol. 567.)

#### De San Atanasio.

Le elogia San Cirilo de Alejandría *in Epist. ad Presbyt.*, etc., la cual se encuentra en la sesión primera del primer Concilio de Efeso.—San Hilario le encomia á cada paso.—El Nazianceno predicó de él un célebre panegirico, que se halla en el tom. 1, fol. 337.

#### De San Hilario de Poitiers.

S. Hilarius Gallicano cothurno attollitur et cum Græciæ floribus adornetur, longis interdum periodis involvitur, et à lectione simpliciorum fratrum procul est. (S. Hieron., *Epist. XLIX*, fol. 567.) En el prólogo del lib. II de su comentario de la carta de San Pablo á los Gálatas dice: «Cum et Hilarius latinæ eloquentiæ Rhodanus, Gallus ipse et Pictavis genitus, in hymnorum carmine Gallos indociles vocet.» (Tom. iv, fol. 255.)—Aludiendo á sus libros *De Trinitate*, dice: «Hilarius meorum confessor temporum et Episcopus, duodecim Quintiliani libros et stylo est imitatus et numero. (Epist. LXXXIII, ad Magn., tom. iv, fol. 657.)

#### De San Gregorio Nazianceno.

Sed non tibi deerit magni nominis et fama celeberrima illustris Episcopus etiam de partibus Orientis, cujus eloquia ingentis merito gratiæ, etiam in linguam latinam translata usquequaque claruerunt. Sedeat ergo cum istis Patribus S. Gregorius, etc. (S. Aug., *Contr. Julian., Pelagian.*, lib. 1, cap. v, tom. x, fol. 649.—Gregorius... Naziancenus Episcopus, vir eloquentissimus, præceptor meus, à quo Scripturas explanante didici, etc... (S. Hieron., *Catal. script. ecclesiast.*, tom. iv, fol. 126.)

#### De San Basilio.

Véanse los discursos que en su elogio pronunciaron San Gregorio Nazianceno, tom. 1, fol. 285.—San Efrén, tom. 1, fol. 261.—San Jerónimo le menciona con elogio en su *Epist. XLI* á Pamachio, tom. iv, fol. 346, en la LXXXIII á Magno, fol. 656, y en su *Catálogo*, fol. 126.—San Gregorio de Nissa, al comenzar su *Hexæmeron*, se extiende en las alabanzas de San Basilio. (De *Histor. sex dier.*, fol. 283, Basilea, 1562.)

#### De San Efrén.

«Acumen sublimis ingenii etiam in traslatione cognovi.» (San Hieron., *Catal. script. ecclesiast.*, fol. 126.)—San Gregorio de Nissa predicó su panegirico donde se pinta con vivos colores la irresistible elocuencia del grande orador de la Siria, tom. II, fol. 1,027. París, 1615. También le elogia San Juan Crisóstomo, si es suyo el tratado de Pseudoprophetis.

#### De San Cirilo de Jerusalén.

Sus *Catechesis* han merecido grandes elogios de los escritores antiguos y modernos: su estilo, ya sumiso, ya templado, interesa sobremanera. San Jerónimo menciona esta interesante obra en su *Catálogo de los escritores eclesiásticos*, tom. iv, fol. 126.

## De San Jerónimo.

San Hieronymus qui hodieque in litteris ecclesiasticis tam excellentis doctrinae fama ac labore versatur, etc. (San Aug., *De peccatorum meritis et remissione*, lib. III, cap. IV, tom. X, fol. 192).—Nequaquam vero mihi arrogaverim ut ingenium tuum, divino dono aureum, meis obolis ditare contendam: nec est quisquam te magis idoneus, qui opus illud emendet. (Aug. Hieron., *Epist. XL*, tom. II, fol. 155.)

## De San Ambrosio.

Hablando de él San Basilio, dice: «Nunc autem virum ex regia urbe, gentis totius rectorem, animo sublimem, generis claritate, opum splendore, dicendi facultate omnibus in saeculo degentibus conspicuum, ad gregis Christi curam pertraxit. *Epist. CXCVIII*. Ambrosio Episcop. Mediolan., tom. III, fol. 287.»—Sabido es que San Paulino escribió la vida del santo arzobispo de Milan.—San Agustín le elogia á cada paso. Nos concretamos á citar los capítulos XIII y XIV del lib. V de sus *Confesiones*, y el I, III y IV del lib. VI, tom. I, folios 717-722.—San Isidoro de Sevilla estimaba en mucho los escritos de aquel grande doctor; y Casiodoro, dice: «Ambrosius lactei sermonis emanator, cum gravitate acutus, in violenta persuasione dulcissimus,» etc. (*De institut. divin. litter.*, cap. XX, fol. 551, Rouen, 1679.)

## De San Juan Crisóstomo.

En una carta consolatoria que escribía desde su destierro de Cucuso á Ciriaco, Obispo desterrado también, hablando de la caridad y afecto con que los fieles de los lugares del tránsito le compadecían, dice: «Ut autem in Cappadociam, atque etiam in Tauro-Ciliciam venimus, magno agmine sancti Patres, ac monachi et virgines obviam nobis prodibant, infinitam lacrymarum vim profundentes. Cumque nos in exilium abeuntes cernerent, in fletus prorrumpebant, hisque inter se verbis utebantur: Satius fuisset solem radios suos subtrahere, quam Joannis os conticere. Hæc me perturbabant ac premebant,» etc. (San Joann. Chrysost., *Epist. CXXV ad Cyriaco*, Episc. exulanti, circa finem, tom. III, fol. 667.)

## Imparcialidad de los Santos Padres.

San Jerónimo, después de haber hecho una juiciosa crítica de muchos escritores eclesiásticos, dice así: «Taceo de cæteris, vel defunctis, vel etiam adhuc viventibus, super quibus in utramque partem post nos alii judicabunt.» (*Epist. XLIX, ad Paulin.*, tom. IV, fol. 567.)

«Ambrosius, Mediolanensis Episcopus, usque in præsentem diem scribit, de quo quia superest, meum iudicium subtraham, ne in alterutram partem, aut adulatio in me reprehendatur, aut veritas.» (S. Hieron.: *Catal. script. ecclesiast.*, fol. 127.)

Tan imparciales eran en sus juicios los Santos Padres, que no reparaban en criticar sus propias composiciones. En la lección XXVI, página 136, hemos citado la crítica que de sí mismo hace San Jerónimo (*Epist. XXXIV ad Nepotian.*, tom. IV, fol. 256); y en la XXIV, pág. 124, hemos consignado las palabras con que San Agustín censura una hipérbole suya de mal gusto, en el libro II de sus *Retract.*, cap. VI, tom. I, fol. 632. En esta misma lección han visto nuestros lectores la crítica poco favorable que del estilo de Tertuliano hicieron Lactancio y San Jerónimo, y cómo este último no disimuló la poca claridad del de San Hilario: A continuación copiamos algunas de las palabras á que hemos aludido en nuestra lección XXVI, página 136:

«Nec illa suavitas delectabilis est, qua non quidem iniqua dicuntur, sed exigua et fragilia bona spumeo, verborum ambitu ornantur, quali nec magna atque stabilia decenter et graviter ornarentur. Est tale aliquid in Epistola beatissimi Cypriani, quod ideo puto vel accidisse, vel consulto factum esse, ut sciretur à posteris, quam linguam doctrinae christianae sanitas ab ista redundantia revocaverit, et ad eloquentiam graviolem modestioremque restrinxerit; qualis in ejus consequentibus litteris secure amatur, religiose appetitur, sed difficillime impletur,» (S. Aug.: *De Doct. christ.*, lib. IV, cap. XIV, tom. III, fol. 102.)

El mismo San Agustín censura en general el mal gusto de algunos predicadores de su tiempo, al emitir el siguiente juicio crítico del estilo de Vicente Víctor, cuyos errores refutaba: «Habet enim eloquium, quo possit explicare quæ sentit, unde cum illo agendum est, eique op-

tandum ut recta sentiat, ne faciat esse delectabilia quæ sunt inutilia, et quæ diserta dixerit, vera dixisse videatur. Quamvis et in ipso eloquio habeat multa emendanda, et à nimia exundantia reprimenda. Quod in illo tibi quoque, ut viro gravi, sicut tua indicant scripta, displicuit. Sed hoc vel facile corrigitur, vel sine detrimento fidei à levibus mentibus amatur, toleratur à gravibus. Habemus enim jam quosdam spumeos in sermone, sed in fide sanos. Non itaque desperandum est, etiam hoc in isto (quamvis sit tolerabile si permanserit), posse tamen expurgari et temperari, atque ad integrum et solidum vel perducì, vel revocari modum: præsertim quia juvenis esse perhibetur, ut quod minus habet peritia, suppleat diligentia; et quod cruditatis eructat, ætatis maturitas decoquat. Illud est molestum et periculosum vel perniciosum, si cum laudatur eloquentia, persuadeatur insipientia, et in pretioso poculo bibatur pestifera portio. (S. Aug.: *De anima et ejus orig.*, lib. i, cap. iii, tom. x, fol. 476.)

Quis enim unquam tanta legere potuit, quanta ipse (Origenes) conscripsit. (S. Hyeron., *Epist. XXIX*, ad Paul., tom. iv, fol. 67.)

La lectura de las homilias de San Juan Crisóstomo sobre los hechos apostólicos y cartas de San Pablo hará conocer à los jóvenes la exactitud con que hemos asentado que el Santo Doctor se muestra à la vez sábio comentarista y didáctico juicioso.

#### LECCION VIII.

##### Idea de la filosofía.

Las nociones filosóficas que, como tomadas de San Agustin, hemos consignado en esta leccion, pueden consultarse en las siguientes obras del Santo Doctor: *De Ordine*, lib. ii, tom. i, fol. 993.—*De quantitat. animæ*, fol. 1035, y con especialidad el cap. xxvii, fol. 1065.—*Epist. CXX*. Consentio, etc., tom. ii, fol. 452.—*De Vera Relig.*, tom. iii, fol. 121.

#### No basta que el predicador repita la palabra divina: debe explicarla.

Hablando San Agustin de la oscuridad saludable de algunos pasajes de la Sagrada Escritura, añade lo siguiente: «Sic quippe illi locuti sunt, ut posteriores qui eos recte intelligerent et exponerent, alteram gratiam, disparem quidem, verumtamen subsequenter in Dei Ecclesia reperirent. Non ergo expositores eorum ita loqui debent, tanquam se ipsos exponendos simili auctoritate proponant; sed in omnibus sermonibus suis primitus ac maxime ut intelligantur elaborent, ea quantum possunt perspicuitate dicendi.» (*De Doct. christ.*, lib. iv, cap. viii, tom. iii, fol. 98.)

#### Filosofía cristiana.

Las palabras de Casiodoro (pág. 31) se encuentran en el cap. iii de su tratado. *De artibus ac disciplinis liberal. litt.*, fol. 567.

Las que San Agustin dirigió à su madre Santa Mónica se leen en el cap. xi del lib. i *De ordine*, tom. i, fol. 993.

La doctrina de San Basilio (pág. 32), la hemos tomado del núm. 3.º de su homilia, *In princip. Proverb.*, tom. ii, fol. 99.

#### Libros anteriores à Moisés y los Profetas.

Unde ergo manifesta erat? Vocemne illis emisit? Minime: verum id effecit quod magis illos quam vos quælibet attrahere poterat; creatum orbem in medio posuit ita ut sapiens, idiota, scythæ, barbarus, ex solo visu visibilium pulchritudinem edoctus, ad Deum conscendere posset... Quid enim dicent in illa die Gentiles? Ignoravimus te? Itane cælum non audistis ex solo adpectu vocem emittens...? etc. (S. Joan. Chrysost., in *Epist. ad Rom.*, hom. iii, núm. 2, tom. ix, fol. 449.)

«Nam et hunc mundum in medio proposuit, instrumentum omni concinnitate elaboratum, vocem undique emittens, et creatorem prædicans.» (S. Joann. Chrysost., cont. *Judeos et Gent.*, tom. i, fol. 573.) La misma idea expresada más ampliamente en su homilia IX al pueblo de Antioquia, tom. ii, fol. 98, de donde tomamos estas pa-

labras: «Si enim per libros docuisset et litteras, litterarum quidem peritus scripta didicisset, illiteratus vero nihil inde adjutus abiisset, si quis alius non induxisset: dives librum emisset, pauper emere non potuisset. Rursum qui sciret vocem illam per litteras significatam, intus posita nosset: Scythia... et omnes lingua carentes illa, nihil edocti abiissent. Hoc autem de cœlo dicere non licet...» etc.

«Quando quidem res creatæ, admirabili ordine et concentu quæ ocompositæ sunt, quibusdam veluti litteris, Dominum et creatorem indicant et quasi voce prædicant.» (San Athan., orat. cont. Gent., núm. 34, tom. I, fol. 33.)

Véase San Basilio, hom. *In princ. Proc.*, tom. II, fol. 99, y San Isidoro de Sevilla, *Sentent.*, lib. I, cap. IV, tom. II, fol. 4.

Trata San Juan Crisóstomo de la Ley revelada, de la natural y de la escrita en su homilía XII ad populum Antiochenum, tom. II, fol. 127.—En la XIII, fol. 136.—Hom. «ad eos qui scandalizati sunt» desde el cap. VII, tom. III, fol. 476.

Hablando San Agustín del orden admirable con que Dios rige el universo, dice: «Sed nos ista sentire non pösse, quæ si sentiremus, delectatione ineffabili mulceremur. Non enim frustra per Prophetam, qui hæc divinitus inspirata didicerat, dictum est de Deo: *qui profert numerose sæculum*. Unde musica, id est, scientia sensusve bene modulandi, ad admonitionem magnæ rei, etiam mortalibus rationales habentibus animas Dei largitate concessa est. Unde si homo faciendi carminis artifex novit quas quibus moras vocibus tribuat, ut illud quod canitur decentibus ac succedentibus sonis pulcherrime currat ac transeat; quanto magis Deus, cujus sapientia, per quam fecit omnia, longe omnibus artibus præferanda est, nulla in naturis nascentibus et occidentibus temporum spatia, quæ tanquam syllabæ ac verba ad particulas hujus sæculi pertinent, in hoc labentium rerum tamquam mirabili cantico, vel brevius, vel productius, quam modulatio præcognita et præfinita deposcit, præterire permittit! (Epist. CLXV, n. 13, tom. II, fol. 726.) El Santo Doctor usó en várias ocasiones esta atrevida y bella metáfora.

**Los Santos Padres inspirados por el conocimiento del hombre y el espectáculo de la naturaleza.**

Hemos dicho que los Santos Padres escribieron ó pronunciaron discursos sublimes y elocuentes homilías, inspirados por el conocimiento del hombre y el espectáculo de la naturaleza: los jóvenes pueden comprobar la verdad de nuestro aserto leyendo las composiciones que vamos á indicar: estamos seguros que, si le siguen, nos han de agradecer mucho este consejo. Las nueve homilías, ó sea el *Hexæmeron* de San Basilio, tom. I, fol. 1.—El *Hexæmeron* de San Ambrosio, tom. I, fol. 2.—San Atanasio, Orat. cont. Gent., desde el n. 34, tom. I, fol. 33.—San Juan Crisóstomo, sus homilías IX, XI, XII y XIII ad populum Antioch., tom. II, desde el fol. 98.—El lib. II *De compunct.*, tom. I, fol. 148.—Cont. Judæos et Gent., etc., tom. I, fol. 573.—Homil. «ad eos qui scandalizati sunt, etc., desde el cap. VII, tom. III, fol. 476.—Exposit. in Psalm. CX, nn. 2 y 3, tom. V, fol. 267.—Homil. in illud *Ego Dominus feci lunam*, etc., tom. VI, fol. 145.—San Agustín, Serm. CXLI, nn. 1 y 2, tom. V, fol. 776, y en otros muchos lugares que nos abstenemos de citar por evitar la prolijidad.—S. G. Nazianc., orat. XXVI, tom. I, fol. 389.

El hombre es un mundo en compedio: así lo dicen San Basilio, hom. ATTENDE TIBI IPSI, n. 7, tom. II, fol. 23. S. G. Nazianc. orat. XLII, tom. I, fol. 604.—San Isidoro de Sevilla, *Sent.*, lib. I, cap. VIII, tom. II, fol. 7.—Santo Tomás, I pars, q. XCI, a. 1.

#### LECCION IX.

**Donde quiera que se encuentre la verdad se debe utilizar para el servicio de la Religión.**

Philosophi autem qui vocantur, si qua forte vera et fidei nostræ accommodata dixerunt, maxime Platonici, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tamquam injustis possessoribus in usum nostrum vindicanda... Sed etiam liberales disciplinas usui veritatis aptiores, et quedam morum præcepta utilissima continent, (doctrinæ gent.) deque ipso uno Deo colendo nonnulla vera inveniuntur apud eos, quod eorum tamquam au-